BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ignari magis errabunt ignorantes
qui euentus uerius dixerit. quod eti
am sapientissimo eiudam nuper apud
grecos accidit ut interdum scripture
sensum relinquens uniuscuiusque inter
pretis sequeretur errorem. Nos autem qui
hebree lingue saltem paruam habemus
scienciam et latinus nobis utcumque
sermo non deest. et de aliis magis pos
sumus iudicare. et ea que ipsi intelli
gimus in nostra lingua exprimere. itaque
licet excetra sibilet. victor que sed
non incendia latet. numquam meum
christo iuuante silebit eloquium. et si pre
cisa lingua balbuciet. legant qui vo
lunt. abiciant et uentilent apices lit
terarum calumpnientur. magis uestra
caritate prouocabor ad studium quam
illorum detractione et odio deterrebor.

Explicit prologus. Incipit textus

In anno primo regis. Lib. I. Esdre.
cyri persarum ut compleretur uerbum
domini ex ore ieremie. Suscitauit
dominus spiritum cyri regis persarum.
et transduxit uocem in uniuerso regno
suo etiam per scripturam dicens. Hec
dicit cyrus rex persarum. Omnia regna
terre dedit michi dominus deus ce
li. et ipse precepit michi ut edificarem
ei domum in ierusalem que est in iudea
et edificem domum domini dei israel et
ipse est deus qui est in ierusalem. et omnes
reliqui qui in cunctis locis ubicumque
habitant adiuuent. Quis est in uo
bis de uniuerso populo eius sit deus illius
cum ipso ascendat in ierusalem que est in
iudea et edificet domum domini dei israel
et ipse est deus qui est in ierusalem. et omnes
reliqui qui in cunctis locis ubicumque

explicit prologus incipit textus in primo esdre

habitant adiuuent eum uiri de loco suo
et argento et auro et substancia et peco
ribus excepto quod uoluntarie offerunt
templo domini dei quod est in ierusalem.
Et surrexerunt principes patrum de
iuda et beniamin et sacerdotes et leuite
omnis populus cuius suscitauit deus spi
ritum ut ascenderent ad edificandum
templum domini quod erat in ierusalem. Uni
uersique qui erant in circuitu adiuue
runt manus eorum. In uasis argen
teis et aureis. in substancia in iumen
tis in supellectili. exceptis his que spon
te obtulerunt. Rex quoque cyrus protulit
uasa templi domini que tulerat nabu
chodonosor de ierusalem et posuerat ea in
templo dei sui. Protulit autem ea cyrus
rex inde persarum per manum mitridatis
filii gazabar. et annumerauit ea sasaba
sar principi iude. et hic est numerus
eorum. fiale auree xxx. fiale argentee
mille. cultri xxviiii. sciphi aurei tri
ginti. sciphi argentei quadringenti
x. uasa alia mille. Omnia uasa aurea
et argentea v. milia quadringenta. et
uniuersa tulit sasabasar cum his qui
ascenderunt de transmigracione babillo
nis in ierusalem.

II

Hii sunt autem filii prouincie.
qui ascenderunt de
captiuitate quam transtu
lerat nabuchodonosor rex babilonis
in babilonem. et reuersi sunt in ie
rusalem et iudeam. unusquisque in ciui
tatem suam. Qui uenerunt cum zo
robabel. iesua. neemia. saraia. rahelia.
mardochia. belsan. mesfar. beguai.
reum. baana. Numerus uirorum populi
israel. filii phares duo milia centum lxxv.